



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Alexander III.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13589**

reditatis successionem accedat. Nullus ei præterea super quocunque negotio, sed ipse alijs respondere cogatur. Quod si iudex extiterit, eius sententia nullam obtineat firmitatem, nec causæ aliquæ ad eius audientiam perferantur. Si fuerit aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, eius instrumenta confecta per manum ipsius nullius penitus sint momenti. Adijcimus insuper, quod hæreticus per hæreticum conuinci possit: & quod domus Patarenorū, receptorum, & defensorum, & fautorum, siue vbi docuerint, siue vbi alijs manus imposuerint, destuantur, nullo tempore restituendæ. Datum Paduæ, xxij. Februarij. xij. Indictione.

R E X regum, Apostatantes à fide catholica penitus execramus, insequimur vltionibus, bonis suis omnibus spoliamus: Et vt à professione vel vita naufragantes legibus coarctamus: Successiones tollimus, ab eius omne ius legitimum abdicamus. Datum Anagnie xv. Kalen. Decembris, Pontificatus nostri Anno quarto,

I D E M,

Inquisitoribus hæreticæ prauitatis plenam peccatorum veniam concedit Papa: socijs vero Inquisitorum, & notarijs, qui in negotio fidei laborant, & omnibus, qui ex animo præstant consilium, auxilium, vel fauorem tres annos de impia penitentia relaxat: quod si quæ ex his in prosecutione negotij contra hæreticos decesserint, plenam veniam consequuntur peccatorum, de quibus confessi, ore, & corde contriti fuerint.

Edita anno Domini 1259.

Ex Archiuo cõmentus S. Francisci de Assisio.



ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs fratribus ordinis fratrum Minorum Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in administratione S. Francisci presertim, & futuris, Salutem & Apostolicam benedictionem.

FIRMISSIME teneat vestra prudentia, & nullatenus dubitet, quod Deus indulgentiarum, & pater misericordie considerans merita singulorum, contentus nostris indulgentijs non existit, quin beneficijs gratiam potiorum indulgeat, & gloriâ superaddat ad quas per fructum boni operis promerendas, fideles Christi frequenter, & libenter nostris remissionibus inuitamus. Cum itaque vos propter Deum, in negotio fidei laborantes, huiusmodi salutarijs præmijs deceat recreari. Nos vobis veterè penitentibus, & confessis, de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, plenam concedimus veniam peccatorum. Socijs autem ordinis vestri fratribus, & notarijs vestris, qui vnâ vobiscum in prosecutione huiusmodi negotij laborabunt, & alijs qui ad impugnandum hæreticos, credentes, receptores, fautores, & defensores eorum, vobis ex animo auxilium præstiterint, vel fauorem; tres annos de iniuncta sibi penitentia relaxamus, & si qui ex ijs in prosecutione huiusmodi negotij forte decesserint, eis peccatorum omnium, de quibus corde contriti, ac ore confessi fuerint, plenam veniam indulgemus. Datum Anagnie xvij. Kalen. Octobris, Pontificatus nostri anno quinto.

And. S.

ALEXANDER III.

Inbet Alexander iij. Magistratibus secularibus, vt obseruent constitutiones Innocentij iij. que supra suo loco sunt impressæ, quos hic etiam inserit Dominus Alexander iij.

Edita anno Domini 1259.

Ex Archiuo cõmentus S. Francisci de Assisio.



ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filijs Potestatibus, siue Receptoribus, Consulibus, Capitaneis, Antianis, Consilijs, & Communitatibus Cruceatorum, aliorumque locorum per Italiam constitutis, Salutem & Apostolicam benedictionem.

AD extirpanda de medio populi Christiani hæreticæ prauitatis zizania, quæ abundantius solito succreuerunt, supereminente illa licetius his diebus homine inimico, tanto studiosius iuxta commissam nobis sollicitudinem insudate proponimus, quanto perniciosius negligere eadem in necē Catholici seminis pernegari. Vt autem auctus nequitie operarios consurgant stentq; firmiter Ecclesie filii, ac orthodoxe fidei zelatores, constitutiones quasdam felicis recordationis Innocentius Papa prædecessor noster ad extirpationem hæreticæ pestis edidit, & in Capitularibus vestris conscribi, ac à vobis exacta diligentia obseruari mandauit, quæ seriatim inferius continentur: Ideoq; vniuersitati vestre per Apostolica scripta mandamus, quatenus singuli constitutiones easdem conscribi in vestris capitularibus facientes nullis inde temporibus abolendas, secundum eas contra omnem hæresim se aduersus hanc sanctam Ecclesiam extollentem, sine omissione aliqua procedatis. Alioquin dilectis filiis Inquisitoribus, seu Inquisitori hæreticæ prauitatis, & eorum singulis damus nostris litteris in mandatis, vt singulos vestrum ad id per excommunicationem in personas, & interdecti in terram appellatione remota compellant.

Instrumenti magistratum de seruandis legibus contra hæreticos.

Constitutiones autem sunt hæc,

Statuimus, vt Potestas, Capitaneus, seu Rector, seu Consules, siue quilibet alii, qui Ciuitati presunt, vel loco alii ad presens, aut pro tempore præterint in futurum in Italia, iurent precise, ac sine tenore aliquo attendere inuolabiliter, & seruare, & facere ab omnibus obseruari toto tempore sui regiminis tam in ciuitate, vel loco sui regiminis, quam in terris sue ditioni subiectis, omnes & singulas tam infra-scriptas, quam alias constitutiones, & leges tam canonicas, quam ciuiles editas contra hæreticam prauitatem,

**A** ueritatem, & super ijs præcisè seruandis recipiet à quibuslibet sibi in potestaria, vel regimine succedenti  
bus iurameta. Quæ qui præstare noluerit pro Potestate, Capiteo seu Cõsule, vel Rectore nullatenus  
habeatur, & quæ ut Potestas, Capitaneus, Consul vel Rector fecerit, nullam penitus habeat firmitatē,  
nec ullus teneatur, aut debeat sequi eos, etiam si de sequela præstanda eis exhibuerit iuramentum.

Quod si potestas, Capitaneus, vel aliquis prædictorū hæc omnia, & singula seruare noluerit, vel ne-  
glexerit, præter notam periurij, & perpetuam iacturam infamiae, ducenarum Marcarum penam incu-  
rat, quæ irremissibiliter exigantur ab eo, & in utilitatem communis cui præest, integrè conuertantur,  
& nihilominus ut periurus, & infamis, & tanquam hæreticorum fautor de fide suspectus officio, & ho-  
nore sui regiminis spoliatur, vel ulterius Potestas, Capitaneus, Consul seu Rector habeatur in aliquo,  
aut de cætero ad aliquam dignitatem, vel officium publicum nullatenus assumatur.

Idem quoque Potestas, Capitaneus, consules Rector, vel quiuis alij ad regimen cuiuslibet Ciuitatis,  
vel loci assumpti, in principio sui regiminis in publica concione more solito congregata banno Ciui-  
tatis, vel loci supponant tanquam pro maleficio omnes hæreticos utriusque sexus quocumque nomi-  
ne censeantur, & teneantur bannum huiusmodi à suis prædecessoribus positum cõfirmare: præcipue  
autem, quod nullus hæreticus, vel hæretica de cætero habitet, vel moretur, aut subsistat in Ciuitate, seu  
aliquo loco iurisdictionis, aut districtus eiusdem. Et quicumque ipsam, vel ipsam inuenit, liberè ca-  
piat, & capere possit imponere & omnes res ipsius, vel ipsorum eis licenter auferre, quæ sint auferentium  
pleno iure, nisi auferentes huiusmodi sint in officio constituti.

Idem quoque potestas, Capitaneus, Consules seu Rector, vel quiuis alij huiusmodi infra tertium  
diem post introitum regiminis sui duodecim viros probos, & catholicos, & duos notarios, & duos ser-  
uitores, vel quotquot fuerint necessarij instituire teneantur, quos diæcesanus si præsens extiterit, &  
interesse voluerit, & duo fratres Prædicatores, & duo Minores ad hoc à suis Prioribus si conuentus ibi  
fuerit eorundem ordinum deputati duxerint eligendos. Instituti autem huiusmodi, & electi possint, &  
debeant hæreticos, & hæreticas capere, & eorum bona illis auferre, & facere auferri per alios, & procu-  
rare hæc tam in ciuitate quam in tota eius iurisdictione atque districtu plenariè adimpleri, & eos duce-  
re, & duci facere in potestatem diæces. vel eius Vicarij, seu Inquisitorum, vel Inquisitoris.

Teneantur autem Potestas, Capitaneus, Consules, seu Rector, vel alij ad huiusmodi regimen depu-  
tati quilibet in expensis Communis, cui præest, facere duci eosdem hæreticos ita captos quocumque  
diæcesanus, vel eius Vicarius, seu Inquisitores, vel Inquisitor prædicti in iurisdictione, vel districtu diæ-  
ces. Episcopi, seu Ciuitatis, vel loci voluerint illos duci.

Officialibus vero prædictis plena fides de his omnibus adhibeatur, quæ ad eorum officium pertine-  
re noscuntur, sine aliquo specialiter præstito iuramento, probatione aliqua in contrarium non admil-  
sa vbi duo, vel tres, seu plures præsentis fuerint ex eisdem.

Porro cum Officialibus huiusmodi eliguntur, iurent hæc omnia exequi fideliter, & pro posse, ac  
super his semper meram dicere veritatem, quibus ab omnibus in his quæ ad officium eorum pertinent  
plenius præstetur, & tam dicti duodecim quam seruitores, & notarij prætaxati simili, vel diuisim ple-  
nariam præcipiendi sub pœnis, & bannis taxatis, & expressis in constitutionibus infra scriptis, quæ ad  
officium suum pertinent, habeant potestatem.

Possint autem Officialibus prædicti Communitati, Castri seu Villa in districtu, seu iurisdictione Ciui-  
tatis cui præfunt præcipere sub pœna, & banno vsque ad centum libras provenien. Senatus & ultra  
ad arbitrium Potestatis, quod potestati, vel diæces. aut eius Vicario, seu Inquisitoribus, aut Inquisitori  
hæreticorum præsentabunt infra præfigendum eis terminum competentem, omnes hæreticos, & hæ-  
reticas, quos & quas sibi dicti officialibus duxerint assignandos, & Potestas à non seruantibus præceptū  
pœnam vel bannum huiusmodi exigere teneatur.

Potestas autem vel Capitaneus, Consules, seu Rector, vel alij huiusmodi quocumque vocabulo cen-  
seantur, teneantur habere hirma, & rata omnia præcepta, quæ occasione officij sui fecerint duo ex ipsis,  
seu plures, & pœnas exigere non seruantium.

Quod si dictis Officialibus aliquo tempore aliquod damnum contigerit in personis, vel rebus pro  
suis officijs exequendis à communi ciuitatis, vel loci per restitutionem plenariam seruentur indem-  
nes, nec ipsi officialibus, vel hæredes eorum possint aliquo tempore conueniri de ijs quæ fecerint, vel  
pertinent ad eorum officium, nisi secundum quod eisdem diæces. & fratribus, & Inquisitoribus, vel  
Inquisitori videbitur expedire.

Ipsorum autem officium duret tantummodo per sex menses, quibus completis Potestas, vel quicun-  
que ipsius Ciuitatis, vel loci regimini præfuerit, teneatur, totidem subrogare officialibus secundum for-  
mam præscriptam, qui prædictum officium secundum formam eandem in alijs sex mensibus sequen-  
tibus exequantur.

Sanè ipsi officialibus dentur de camera communis prædicti, quando exeunt Ciuitatem, aut locū  
pro hoc officio exequendo vnicuique pro qualibet die Decem, & octo Prouenien. in pecunia numera-  
ta, quos Potestas, Capitaneus, Consules, vel Rector, aut alius huiusmodi teneatur eis dare, vel dari face-  
re infra diem tertium postquam ad eandem redierint Ciuitatem, vel locum, Et insuper habeant ter-  
tiam partem bonorum hæreticorum, & receptatorum eorum quæ occupauerint, & multa, ad quas  
fuerint condemnandi, secundum quod inferius continetur: & hoc salario sint contenti. Sed ad nul-  
lum

Pena magistra-  
torum non ser-  
uantium leges  
contra hæreti-  
cos latas.

Magistratus se-  
cularis banno  
supponat hære-  
ticos.

Eligantur viri  
idonei qui hæ-  
reticos, inquisi-  
tant, & capiunt.

Hæretici capti  
ducantur quo  
voluerint iudi-  
ces ecclesiasticos.

Officialibus cre-  
datur.

Officialibus qua-  
le iuramentum  
sint exhibituri  
cum exeantur.

Officialibus ad  
quod teneantur.

Officialibus ser-  
uentur indem-  
nes.

Officialibus mu-  
nus quanto re-  
pore duret.

salarium offi-  
cialium.

lum, aliud, quod istud officium impediatur, vel impedire possit, vllō modo officium, vel exercitium etiam compellantur.

Officiales quomodo amouentur.

Nullum etiam statutum conditum vel condendum, eorum officium vllō modo valeat impedire. Et si quis horum Officialium propter ineptitudinem, vel inertiam, seu occupationem aliquam, vel excessum diœcesan. & fratribus supradictis visus fuerit amouendus, ipsum ad mandatum, vel dictum eorum teneatur amouere, Potestas, Capitaneus, vel quiuis alius huiusmodi prædictorum, & alium secundum formam præscriptam substituere loco eius.

Officiales qualiter puniantur si delinquant.

Quod si quis eorum contra fidem, & sinceritatem officij sui in fauorem hæresis, deprehensus fuerit excessisse, præter notam infamiae perpetuæ, quam tanquam fautor hæreticorum incurrat per Potestatem, Capitaneum, Consules, vel Rectorem, seu alium similem ad diœcesan. & dictorum fratrum, vel Inquisitorum, seu Inquisitoris arbitrium puniatur.

Faueat quisque Officialibus Inquisitorum.

Potestas præterea militem suum, vel alium assessorem, diœcesanum, vel eius Vicarium, aut Inquisitores, vel Inquisitor à Sede Apostolica deputati, seu dicti officiales petuerint cum ipsis officialibus mittere teneatur, & cum ipsis eorumq; officium exercere fideliter.

Quilibet etiam si præsens in terra, vel requisitus fuerit, teneatur, tã in ciuitate, quam in iurisdictione, vel districtu quolibet dare ipsis Officialibus, & eorum socijs consilium, & iuuamen quando voluerint hæreticum, vel hæreticam capere, vel spoliare, aut inquirere, seu domum, vel locum, vel aditum intrare aliquem pro hæreticis capiendis sub librarum vigintique Prouenien. pœna, vel banno.

Auferens hæreticos captos de manu capientium qualiter puniatur.

Vniuersitas autem Castri, vel Burgi sub pœna, & banno librarum Quinquaginta. Villa vero vigintiquinque Prouenien. pro qualibet vice soluenda in pecunia numerata.

Quicumque autem hæreticum, vel hæreticam captum, vel captam auferre de manibus capientium, vel capientis ausus fuerit, vel defendere ne capiatur, seu prohibere aliquem intrare domum aliquam, vel Curtem, seu locum aliquem ne capiatur, & inquiratur ibidem, iuxta legem Padua promulgatã per Fredericum tunc Imperatorem publicatis bonis omnibus in perpetuum relegatur, & domus illa in qua prohibiti fuerint, sine spe reedificandi funditus destruat, nisi forte diœcesan. vel in eius absentia ipsius Vicarij vnã cum Inquisitoribus, seu Inquisitore hæreticorum, vel solo ipso diœcesan. quando Inquisitorum, vel Inquisitoris præsentia de facili haberi non poterit, legitime constituerit præfate domus domum in hoc casu penitus innocentem, & prorsus inculpabilem extitisse: ac etiam eam non esse credens, vel receptatorem, aut defensorem, siue factorem hæreticorum, seu de hæretica labe suspectum, & bona quae ibi reperta fuerint fiant capientium ac si hæretici fuissent ibidem inuenti: nisi forte legitime colliterit per testes fide dignos, & omni exceptione maiores, ipsa bona esse aliarum personarum, quam Domini domus eiusdem, & tunc propter hanc prohibitionem, vel impeditiõnem specialem Burgus, vel castrum componat communi libras centum, & Villa libras quinquaginta, & vicinia tam Burgi quam Castri, & Ciuitatis libras vigintiquinque Prouenien. in pecunia numerata: nisi infra tertium diem ipsos defensores, vel defensorem hæreticorum Potestati captos duxerint personaliter præsentandos.

Hæretici capti custodiantur.

Teneantur insuper Potestas, Capitaneus, Consules, seu Rector, vel alij huiusmodi omnes hæreticos, & hæreticas, qui capti amodo fuerint, custodiri facere sub expensis communis ciuitatis, vel loci cui præfunt per viros catholicos ad hoc electos à diœcesan. si fuerit præsens, & fratribus supradictis, vel Inquisitoribus seu Inquisitore in aliquo speciali carcere tuto, & securo, in quo ipsi soli teneantur, seorsum à latronibus, & bannitis, donec de ipsis fuerit disinnium.

Qui se pro hæreticis obtulerint, qualiter puniantur.

Si quando aliqui, vel aliquæ non hæretici pro captis hæreticis ipsis non contradicentibus fuerint assignati, vel se forsan assignauerint prædicti suppositi perpetuo carceri mancipentur, & hæretici nihilominus reddi, & assignari cogantur, & qui hunc dolium fecerint iuxta legem prædictam bonis omnibus publicatis in perpetuum relegentur.

Hæretici capti Inquisitoribus præsententur.

Teneantur insuper Potestas, Capitaneus, Consules, vel Rector, seu quiuis alij huiusmodi cum banno & securo comitatu omnes hæreticos quocunque nomine censeantur infra dies quindecim postquam capti fuerint, diœcesan. vel eius speciali Vicario, seu hæreticorum Inquisitoribus, vel Inquisitori præsentare pro examinatione de ipsis, & eorum hæresi faciendam.

Hæretici damnati legitime puniantur.

Damnatos vero de hæresi per diœcesan. vel eius Vicarium, seu Inquisitores, vel Inquisitorem prædictos Potestas, Capitaneus, vel alij eorum supradicti, vel eius, seu eorum nuntius specialis eos sibi relictos recipiat statim, vel infra quinque dies ad minus circa eos constitutiones contra tales editas seruaturus.

Hæretici pro habenda veritate torquentur.

Teneantur præterea Potestas, Capitaneus, Consules, aut Rector, vel alij huiusmodi omnes hæreticos, quos captos habuerint cogere citra membri diminutionem, & mortis periculum tanquam vere latrones, & homicidas animarum, & fures sacramentorum Dei, & fidei Christianae, errores suos expressè fateri, & accusare alios hæreticos quos sciunt, & bona eorum, & credentes, & receptatores, & defensores eorum sicut coguntur fures, & latrones rerum temporalium accusare suos complices, & fateri maleficia quae fecerunt.

Domus in qua reperiuntur hæretici, adituantur.

Domus autem in qua repertus fuerit hæreticus, vel hæretica sine vlla spe reedificandi funditus destruat: nisi Dominus domus eos ibidem procurauerit reperiri.

Et si dominus illius domus habuerit cum ea domos alias appendices, cum vna eademq; domus interdiu diuersis, & cohærentibus mansionibus distinguatur, omnes illae domus appendices siue in domo illa

A mo illa, siue in eius appendicibus hæreticus, vel hæretica deprehensus fuerit similiter destruantur; & bona quæ fuerint inuenta in domo illa, ipsiusq; appendicibus, nisi forte legitime per testes fide dignos, & omni exceptione maiores ipsa bona esse aliarum personarum quàm domini domuum eorundem constiterit publicantur, & fiant auferentiâ, nisi auferentes fuerint in officio constituti: & insuper dominus domus illius præter notam infamiae perpetuæ, quâ incurrat componat communi Ciuitatis, vel loci Quinquaginta libras Prouenien. in pecunia numerata: quam si non soluerit, in perpetuū carcerē detradatur.

B Quæ autem de domorum, & appendicium destructione, bonorum publicatione, ac pœnarum impositione facienda dominis domuum earundem præmissa sunt, volumus obseruari; nisi forte dicecesan. vel in eius absentia ipsius Vicario vnâ cum Inquisitoribus, seu Inquisitore hæreticorum, vel soli ipsi dicecesan. quando Inquisitorum, vel Inquisitoris præsentia haberi non poterit, legitime constiterit per testes fide dignos, & omni exceptione maiores, præfatarum domorum dominos in hoc casu penitus innocentes, & profus inculpabiles extitisse: ac etiam eos non esse credentes, vel receptatores, aut defensores, siue fautores hæreticorum, seu de hæretica labe suspectos: quos nec in domibus, vel appendicibus, nec in bonis eisdem, seu quouis modo puniri volumus, si (vt dictum est) apparuerint innocentes.

Burgus autem ille seu Castrum, in quo hæretici capti fuerint vel inuenti, componat communi Ciuitatis libras Centum, & Villa libras Quinquaginta, & Vicinia tam Burgi quàm Castri, & ciuitatis libras Vingtiquinque Prouenien. in pecunia numerata: nisi infra Tertium diem receptatores ipsorum captos præsentauerint Potestati, siue cuius alij præsidenti eiusdem regimini Ciuitatis.

Quicumque verò deprehensus fuerit dare alicui hæretico consilium, vel auxilium, seu fauorem præter aliam pœnam superius, & inferius prætaxatam, ex tunc ipso iure in perpetuum sit factus infamis: nec ad publica officia, seu consilia, vel ad eligendos aliquos ab huiusmodi: nec ad testimonium admittatur. Sit etiam instabilis, vt nec testamenti liberam habeat factionem, nec ad hæreditatis successionem accedat. Nullus præterea ei super quocumque negotio, sed ipse alij respondere cogatur. Quod si forte iudex extiterit, eius sententia nullam obtineat firmitatem, nec causa aliqua ad eius audientiam perferatur. Si fuerit aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, instrumenta confecta per ipsum nullius penitus sint momenti.

Pœna eorum qui hæretici fauent.

C Credentes quoque erroribus hæreticorum tanquam hæretici puniantur.

Teneantur insuper Potestas siue Capitaneus, Consules, siue Rector quiuis alius præsiciens regimini Ciuitatis, vel loci nomina Virorum omnium, qui de hæresi fuerint infamati vel banniti in quattuor libellis vnus tenoris facere annotari, quorum vnum Commune Ciuitatis vel loci habeat, & alium dicecesanus, & tertium fratres Prædicatores, & quartum fratres Minores. Et ipsorum nomina ter in anno in concione publica solenniter . . . faciat recitari.

Hæreticorum, aut infamatorum ide hæresi nomina conscribantur.

Teneatur quoque Potestas, seu Rector, vel quicumque regimini supradicto præfuerit, filios, & nepotes hæreticorum, & receptorum, defensorum, & fautorum eorum diligenter inuestigare, eosque ad aliquod officium publicum, seu consilium nullatenus admittere in futurum.

Filij, & nepotes hæreticorum non admittantur ad officia publica.

D Teneatur præterea Potestas, seu Rector, vel quiuis alius huiusmodi regimini præsiciens, vnum de assessoribus suis, quem elegerit dicecesanus, si fuerit præsens, & Inquisitores, seu Inquisitor prædicti, ab Apostolica Sede dati, mittere cum eis quandocumque voluerint in iurisdictione Ciuitatis atque districtu, qui assessor secundum quod prædictis Inquisitoribus, seu Inquisitori visum fuerit ibi tres, aut plures boni testimonij viros, vel totam Viciniam, si eis videbitur, iurare compellat, quod si quos ibidem hæreticos sciuerint, vel bona eorum, vel aliquos occulta conuenticula celebrantes, seu à communi conuersatione fidelium vita, & moribus diffidentes, vel credentes, aut defensores, seu receptatores, vel fautores hæreticorum, eos dictis Inquisitoribus, siue Inquisitori studeant indicare.

Ipse autem Potestas contra accusatos procedat secundum leges quondam Frederici tunc Imperatoris Paduæ promulgatas.

Teneatur insuper Potestas, seu quiuis Rector Ciuitatis vel loci quocumque vocabulo nuncupentur in destructionem domorum, & condemnationibus faciendis, & in rebus inuentis, vel occupatis confiscandis & diuidendis, de quibus superius dicitur, infra decem dies postquam accusatio, siue denuntiatio facta fuerit, hæc omnia exequi cum effectu & cōdemnationes omnes in pecunia numerata infra tres menses exigere, & diuidere illas sicut inferius continentur, & eos qui soluere non poterunt banno maleficij supponere, & donec soluant in carcere detinere. Alioquin pro his omnibus, & singulis syndicetur sicut inferius continetur.

Et insuper teneatur vnum de assessoribus quemcumque dicecesanus vel eius Vicarius, & dicti Inquisitores seu Inquisitor hæreticorum voluerint ad hæc peragenda fideliter assignare, & mutare pro tempore si eis visum fuerit opportunum.

Omnes autem condemnationes vel pœnæ, quæ occasione hæresis factæ fuerint, neq; per concionem, neque per consilium, neq; ad vocem populi nullo modo aut ingenio aliquo tempore valeant relaxari.

Bona hæreticorum confiscata qualiter diuidantur.

Teneatur insuper Potestas, Capitaneus, Consul, seu quiuis alius Rector omnia bona hæreticorum & receptorum eorum, quæ per dictos Officialibus fuerint occupata seu inuenta, & condemnationes pro his exactas diuidere tali modo. Vna pars deueniat in commune Ciuitatis seu loci: secunda in fauorem & expeditionem officij detur Officialibus, qui tunc negotia ipsa peregerint: Tertia ponatur in aliquo tuto loco secundum quod dictis dicecesan. & Inquisitoribus vel Inquisitori videbitur referuanda

G

uanda & exponenda per consilium eorumdem in fauorem fidei & ad hereticos extirpandos, non obstant

Pena violan-  
tium has con-  
stitutiones.

Si quis autem de cetero aliquod istorum statutorum seu constitutionum attentauerit delere, dimi-  
nuere, vel mutare sine auctoritate Sedis Apostolicę speciali, Potestas, Capitaneus, seu Consul, vel alius  
quiuis Rector, qui pro tempore fuerit in illa Ciuitate vel loco teneantur eum tanquam defensore

Magistratus se-  
culares syndi-  
centur.

hereticorum publicum, & fautorem secundum formam prescriptam perpetuo publice infamare atq; pu-  
nire in libris Quinquaginta Prouenien. in pecunia numerata : quam si exigere non poterit, eum male-  
ficij banno supponat, de quo eximi non valeat, nisi soluerit duplam dictę pecunię quantitatem.  
Teneatur sanę potestas siue Capitaneus, Consul, seu quiuis Rector infra decem dies sui regiminis  
syndicare precedentem proximo Potestatem, Capitaneum, Consulem, vel Rectorem, & eius etiam as-  
sessores per tres viros Catholicos & fideles, quos eligant vnã cum diocesan. fratres Prędicatores &  
Minores à suis Priore & Guardiano pariter assignati de omnibus his, quę in statutis istis seu constitutio-  
nibus & legibus contra hereticos & eorum complices editis continentur, & punire ipsos si excoeliserint  
in omnibus & singulis quę omiserint, & cogere restituere de propria facultate : Non obstante si per ali-  
quam licentiam consilij vel alterius cuiuslibet à syndicatione fuerint absoluti.

Statuta his con-  
stitutionibus  
aduersa delean-  
tur.

Iurabunt autem prædicti tres viri bona fide syndicare præfatos de omnibus supradictis. Ceterum te-  
neatur Potestas, siue Capitaneus, Consul, aut quiuis rector cuiuslibet Ciuitatis, vel loci delere, seu ab-  
radere penitus de statutis, & Capitularibus Communis quodcumque statutum conditum, vel conditum  
inueniatur contradicere istis constitutionibus, seu statutis, & legibus, siue quomodolibet obuiare, & in  
principio, & in medio sui regiminis hæc statuta, seu constitutiones, & leges in publica concione facere  
solenniter recitari : Et etiam in alijs locis extra Ciuitatem suam, seu locum sicut diocesan. seu inquisi-  
toribus, siue inquisitori, & fratribus supradictis videbitur expedire.

Constitutiones  
istę qualiter  
scribendę, vt  
conferuentur.

Porro hæc omnia statuta, seu constitutiones, & leges, & si qua alię contra hereticos, & eorum cõ-  
plices tempore aliquo auctoritate Sedis Apostolicę conderentur in quatuor voluminibus vnus teno-  
ris debeant contineri. Quorum vnum sit in statuto Communis cuiuslibet Ciuitatis, seu loci; Secundum  
apud diocesan. Tertium apud fratres Prędicatores : Quartum apud fratres Minores cum omni sincer-  
itate seruentur, ne possint per falsarios in aliquo violati, Datum Anagninę ij. Kalen. Decembris, Pon-  
tificatus nostri Anno Quinto.

I D E M.

Inquisitores hereticę prauitatis cogere possunt magistratus seculares quocumq; nomine censeantur,  
per excommunicationem in personas, ac priuationem ab officijs, & interdium in terras, vt sublato omni  
dilationis, & difficultatis obstaculo, appellatione remota, executioni mandent sententias ab Inquisitoribus  
latas, & ferendas cõtrannotatos, & suspectos de hereticę prauitate, credentes, fautores, & receptatores ea-  
rum : non obstante quacumq; Indulg. Sedis Apostolicę, per quam hoc decretum impediri possit, aut differri.

Eiusdem tenoris vidimus aliud rescryptum eiusdem Alexandri iij. Datum Lateran. Idibus Decem-  
bris, Pontificatus sui Anno Sexto.

Edita anno Do-  
mini 1260.



ALEXANDER. Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs fratribus de ordine Min-  
orum, inquisitoribus hereticę prauitatis in Prouincia beati Francisci, Salutem & Apostoli-  
cam benedictionem.

Ex Archivio cõ-  
uentus S Fran-  
cisci de Assisio.

Audientiam nostram peruenit, qd Potestates, Rectores, Iudices, Antiani, Officialis,  
Consilia, & communitates, quorundam castrorum, locorum & ciuitatum Prouincię Beati Francisci, in  
qua inquisitio contra hereticos vobis à Sede Apostolica est commissa, circa executiones sententiarum,  
quas contra notatos, & suspectos de hereticę prauitate, credentes, fautores, & receptatores eorum pro-  
fertis, à vobis super hoc requisiti, se interdum reddunt difficiles, & etiam negligentes : Nos itaque vo-  
lentes quodd negotium inquisitionis huiusmodi salutarem consequatur effectum, circa ea intendimus ani-  
mo vigilanti, per quę submotis quibuslibet obstaculis, prædictum negotium Deo propitio de bono  
in melius dirigatur. Quocirca vniuersitati vestrę per Apostolica scripta mandamus, quatenus Po-  
testates, Rectores, Iudices, Antianos, officiales quocumque nomine censeantur, consilia & communi-  
tates prædicta, quodd huiusmodi sententias à vobis latas, & ferendas etiam sublato cuiuslibet dilationis,  
& difficultatis obstaculo executioni demandent, monitione præmissa per excommunicationis in per-  
sonas Potestatum, Rectorum, Iudicum, Antianorum, officialium, & consiliariorum, ac priuationis  
ab officijs, & in ciuitates, castra, & loca huiusmodi interditi sententias, appellatione remota cogatis.  
Non obstante aliqua Indulgentia Sedis Apostolicę, de qua cuiusque tenore oporteat in nostris litteris  
plenam, & expressam mentionem fieri, & per quam effectus præsentium impediri valeat, vel differri.  
Datum Anagninę xij. Kalen. Februarij, Pontificatus nostri anno sexto.

† Conferit om-  
nino rescryptū  
Innocenti j vij.  
incip. Dilectus  
filius, relatum  
1197a.

De Curia.

I D E M.

Inquisitores per censurę ecclesiasticę, appellatione remota, inuocato si opus fuerit auxilio seculari per  
excoel-